



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

135. An patiens in peccato sodomiae debeat explicare in confessione  
fuisse patientem, non obstante, quod agens seminat, patiens vero non? Et  
an omnia peccata contra naturam sint unius speciei infimae, ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)



num. 22. & Hieronymus Ghilinus in *summa*, verb. *circumstantia peccatorum*, numero quinquagesimo, ubi sic ait: In peccato Sodomiae non tenetur quis exprimere in confessione, an fuerit agens, vel patiens, quia tale peccatum est eiusdem speciei. Si quis verecundiam haberet confitendi se in actu sodomitico fuisse patientem, sufficit ut dicat, toties Sodomiam exercui. Ita ille. Vide etiam me ipsum in 5. part. tract. 14. resol. 59.

Quae hic est inf. Ref. 163. §. Quarto secundo, & in alia eius not.

## RESOL. CXXXV.

An patiens in peccato Sodomiae debeat explicare in confessione fuisse patientem, non obstante quod agens seminet, patiens vero non?

Et an omnia peccata contra naturam sint unius speciei infima, & non subalterna? Ex part. 7. tr. 10. & Misc. 1. Ref. 8.

Sup. hoc in duabus Ref. praeteritis, & in Ref. seq. & infra in Ref. 163. §. Quarto secundo, & supra in Ref. numero quarto, ubi sic ait: La tercera duda es, si en este pecado mide la especie, el ser uno agente en el, o paciente: de modo que se deua declarar en la confession. Probable es que si, i probable tambien que no; porque aunque sea mas grave pecado el del agente, que el del paciente, i como tal se castiga, con mas rigor: no crece su malicia tanto, que venga a ser de diferente especie. Demas de que como afirma Villacio es muy probable, que todos los pecados contra naturaleza son: Vnius speciei infima, & non subalterna. Ita Machadus; sententiam Filiucij, tanquam probabilem admittit etiam nouissime Ioan. Caramuel in Reg. Diui Benedicti, disputat. 66. num. 983. licet obstruet me docere, contrariam esse probabiliorem.

Sup. hoc in Ref. 133 §. vi. & in alia eius auot.

§. 1. **S**ufficere probabiliter si dicat in confessione peccavi peccato Sodomiae, bis docui, & nunc iterum doceo, & ita me citato tanquam probabilem hanc sententiam admittit nouissime Ioannes Machadus de *Perfekt. Confess.* tomo primo, libro secundo, parte tertia, tractat. 19. document. octauo, supra in Ref. numero quarto, ubi sic ait: La tercera duda es, si en este pecado mide la especie, el ser uno agente en el, o paciente: de modo que se deua declarar en la confession. Probable es que si, i probable tambien que no; porque aunque sea mas grave pecado el del agente, que el del paciente, i como tal se castiga, con mas rigor: no crece su malicia tanto, que venga a ser de diferente especie. Demas de que como afirma Villacio es muy probable, que todos los pecados contra naturaleza son: Vnius speciei infima, & non subalterna. Ita Machadus; sententiam Filiucij, tanquam probabilem admittit etiam nouissime Ioan. Caramuel in Reg. Diui Benedicti, disputat. 66. num. 983. licet obstruet me docere, contrariam esse probabiliorem.

2. Nota quod nouissime me etiam citato Mazuchellum de *Casibus reuerentis disputatione secunda, capite 22. difficultate prima, num. 11.* docet etiam in peccato Sodomiae patientem non teneri explicare hanc circumstantiam, & addit non obstat, quod agens in peccato Sodomiae seminet, patiens vero non; ergo tenetur manifestare verum fuerit agens, vel patiens; & hoc est argumentum quod contra me adduxit olim Sapientissimus Vir, & Eminentissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo, sed respondendum est, circumstantiam hanc ex parte poenitentis esse inuentam, sed circumstantiae minuente intra eandem speciem non sunt contentenda: Ergo.

3. Nec obstat quod Confessarius sit intellecturus de Sodomiae actiua, quia circumstantia haec non minuit variando speciem, ita ut tollat ab actu nouam speciem peccati mortalis, sed minuit intra eandem speciem; quomodo femina habens copulam cum consanguineo, quae tamen non feminasset, non teneretur in confessione manifestare se non feminasse, quia circumstantia haec minueret intra eandem speciem, sed ipsa rite confiteretur, dicendo, se incestum commisisse, etiam si Confessarius esset intellecturus de de incestu cum seminatione; sic & in casu de quo nos hic tractamus. Ergo, &c.

## RESOL. CXXXVI.

An in peccato Sodomiae sit necessarium explicare in confessione, quisnam fuerit agens, vel patiens?

Et quid tamen, si patiens praeter cooperationem ad pollutionem alterius pateretur ipsemet aliunde pollutionem in illa actione? Ex part. 11. tractat. 3. & Misc. 3. Resol. 4.

§. 1. **E**minentissimus Dominus meus Cardinalis Lugo nominatim contra me; affirmatiua sententiam conatus est firmare, sed hoc non obstantem ferè omnes, qui post ipsum scripserunt, nostram sententiam negatiua amplexi sunt, & praeter Lupum, Mazuchellum, Bordonum, Gesualdum, Machadum, & alios à me alibi adductos hanc sententiam, me citato nominatim contra Cardinalem Lugo tenet doctus Ioannes Pontius in *Cur. Theolog. disp. 46. quest. 7. conclus. 2. num. 67.* ubi sic ait: Dico secundo non esse necessarium explicandum in peccato sodomitico, quod quis fuerit agens, vel patiens, quia uterque peccat contra naturam, & uterque alterius peccato cooperatur. Vnde quamuis agens soleat pollui, non verò patiens, tamen patiens cooperatur ipsius pollutioni.

2. Itaque confessor quando significat aliquem commississe peccatum sodomiticum cum alio, intelligit abunde, quod vel ipse polluerit se, & sic fuerit agens, vel quod cooperatus fuerit pollutioni alterius; non apparet autem esse differentia specifica inter utramque pollutionem factam per mutuum cooperationem, ratione cuius quis debeat explicare quod ipsemet pollutus fuerit, & consequenter fuerit agens. Si tamen patiens praeter cooperationem ad pollutionem alterius pateretur ipsemet aliunde pollutionem in illa actione, videretur quod ratione huius deberet explicare quod esset patiens, ut sic explicaret secundum peccatum de pollutione propria, quae non solet ordinari sequi, nec consequenter explicatur explanatione commixtionis sodomiticae. Ita Pontius, cui adde me citato Marcum Serium tom. 1. disputat. 4. quest. 28. num. 5. & me citato Rocaful. in *prax. Theolog. moral. tom. 2. lib. 4. de promulg. Decalogi, cap. 11. num. 178.* & me citato Pontius in *recollect. quest. moral. verb. sodomia num. 4.* & me citato Remigium in *prax. Confess. tract. 2. capit. 6. §. 12. num. 21.* & me citato Vericelli in *quest. moral. tract. 4. quest. 8. num. 2.* & me citato Longum in *Tabulis Sacram. tab. 2. c. 56. num. 5.* & me citato Rectorium in *prompt. Confess. part. 2. cap. 12.* Vnde & auctoritate Doctorum, & rationibus remanet satis probabilis nostra sententia aduersus Dominum meum Cardinalem Lugo, cui tamen adhaeret Leander de *Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 8. quest. 6.*

## RESOL. CXXXVII.

An coitus sodomiticus inter masculos in primo, & secundo gradu habeat etiam malitiam incestus, & sit in confessione aperitendus?  
Et quid in predicto casu, si actus sodomiticus sit cum consanguineo in tertio, & quarto gradu?  
Et an in copula non sodomitica cum muliere affinis, vel consanguinea sit explicandus gradus consanguinitatis, vel affinitatis?  
Et cur sim notatur impubes commiscens se cum consanguineis, vel affinis non esse inclusos in casu reservato incestus. Ex part. 3. tractat. 4. Ref. 100. alias 101.

§. 1. **A**ffirmatiua sententiam docent Azorius in *part. 3. lib. 3. cap. 18. quest. 5.* Grassius de *arbitr. confessar. lib. 2. cap. 34. num. 3.* ubi sic ait: ER. etiam incestus quando coitus sodomitici sunt inter masculos in primo, & secundo gradu, vel coit. masculus